

...ration.
...
...

4

01

A

55



M. K. 22⁷
(Luth. 43 F. 43.)

12
LIBRI SEPTIMI
POLITICORUM

ARISTOTELIS

Cum Paraphrasi Heiniana

EMENDATIUS EDITORUM

DISPUTATIO,

Quam,

PRÆSIDE

M. SEVERO CHRISTOPHO.

RO OLPIO,

Poëseos Ordinario & Moralium Extraordinario
Professore Publico,

publicè ventilandam proponit

d .5. Octob.


Wolfgang Gottfried von Hahn/

Eques Misnicus.

JENÆ,

Typis Johannis Jacobi Bauhöfferi,

ANNO M. DC. LXI.



SERENISSIMO AC CELSISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO

DOMINO CHRISTIANO,
DUCI SILESIAE, LIGNIC. PRÆGENS.
ET WOLAVIENS, &c.

B | E

Principi ac Domino meo Clementissimo,

Exercitium hoc Academicum

Humillima mentis devotione

Do dico dedico.

Wolff Gottfried von Dahn/
Eques Misnicus.



COROLL. MISCELL.

I.

Respublica simpliciter optima ita describitur: quando omnes, qui in eâ sunt, vitam maximè ex virtute agunt, bonis quoq: fortunæ & corporis abundant; cujus etiam ratio gubernandi talis est, ut ne optari possit melior: sed talem conditio mortalium non admittit.

II. Datur tamen Respublica secundùm quid optima, cujus felicitas consistit in operatione secundùm virtutes: pro diversitate tamen civium diversa observari potest operatio.

III. Aristoteles duo præprimis requirit in civibus optimæ Reipublicæ; vim ingenii sive mentis, & magnitudinem animi, unde ingeniosi sive prudentes, & animosi sive pugnaces ac bellicosi debent esse.

IV. Ut Respublica optima introducatur, requiritur peculiaris multitudo hominum, qui debitis ingenii donis præditi sint.

V. Tanta autem multitudo esse debet, quæ & ab imperantibus pervideri & facilè conspici possit, & cui omnia, ad exercendas actiones virtuosas necessaria, præstò sint.

VI. Ratione situs ille Reipublicæ optimæ commodissimus censendus est, qui & maris & terræ usum ei præstat, efficitque, ut utrinque auxilia Reipublicæ laboranti submitti, & ea, quibus abundat, eò commodiùs exportari, ea verò, quibus indiget, faciliùs importari queant.

VII. Ex

VII. Ex mediocritate maxima utilitas redundat in quamlibet Rempublicam, etiam in vitiosam: quæ pro ratione proprii status justa dici potest suo modo, uti videre est in Democratia & Oligarchia.

VIII. Receptio Judæorum in Rempublicam vi legum fundamentalium, ut vulgò vocantur, olim ad solos Electores spectabat: successu verò temporis ad cæteros etiam Imperii status spectare coepit.

IX. Judæi à Principibus Saxonis & aliis quibusdam Ducibus hætenùs nondum sunt recepti in eorundem Respublicas.

X. Princeps Imperii non tam privilegia concedere, quàm in matrimonialibus, testamentis, puniendis delictis &c. per condonationem vel mitigationem dispensare, nec non famam vel verbis vel factis restituere valet.

XI. Leges provinciales, quas Princeps, Majestate polens, fert, habent vim non modò præter, verùm etiam contra jus commune.

XII. Camera Imperialis ad mentem illarum legum controversias, inter provinciales subditos obortas, decidere tenetur, aliàs injuria ipsis inferretur.

XIII. Parentes Nobilium non nobilitant liberos propriè: liberi tamen utroque parente nobili nati præ aliis quandam prærogativam habent.

XIV. Mercatura nobilitati detrimento est interdum, interim tamen mercatura in se cõsiderata non est vitiosa.

XV. Inter Paradoxa Galliæ hoc recensetur: *Regem non mori*: cum tamen à lege naturæ non sit exemptus: Unde hæ duæ locutiones: *Rex est mortuus*, & *Rex vivit*, quas discursus inter Henrici IV. Regis conjugem, & Sillerium Cancellarium illustrat, admitti, & commodè explicari possunt.

F I N I S.

01 A 6574

ULB Halle

3


003 090 566



R. V D 17







12

LIBRI SEPTIMI
POLITICORUM

ARISTOTELIS

Cum Paraphrasi Heiniana

EMENDATIUS EDITORUM

DISPUTATIO,

Quam

PRESIDE

M. SEVERO CHRISTOPHO.
RO OLPIO,

Poëseos Ordinario & Moralium Extraordinario
Professore Publico,

publicè ventilandam proponit

d .5. Octob.

Wolfgang Gottfried von Hahn/

Eques Misnicus.

JENÆ,

Typis Johannis Jacobi Bauhöfferi,

ANNO M. DC. LXI.